29. fili O | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O}MΦ^{RAZG}PΨΩ𝔞; ihl Π; srahel C; srhl XΣ^{T}B; srl Λ^{L} | ∾ maris sicci Ψ^{B} | erant *om.* Π | eis erant] erant pro eis Λ^{H} | quasi *om.* XΩ^{M} | pro muro] murus Ψ^{M} *cum hebr. et LXX;* + erant Π^{D2} | ad dextris Σ^{M} | et ****** a T | a *om.* CΛ^{L}XM* | sinistris + fuerunt Π^{D*}.

30. liuerauitque Λ^{L}O | illa 𝔯𝔢𝔩𝔤𝔠 | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}Ω^{J}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl Λ^{H}Σ^{O}MΦ^{RZGV}PΨΩ^{M}𝔞; ihl Π; srahel C; srhl XΣ^{T}B; srl Λ^{L}; israelem Ω^{S}; srahelem G | egyptiorum XΠ^{D}BΨ^{M}Ω^{SJ}; aegiptiorum Σ^{O}; egiptiorum Λ^{H}Σ^{TM}Ψ^{B}Ω^{M}𝔞.

31. aegypcios Θ^{H}; egyptios XΠBΨ^{M}Ω^{SJ}; aegiptios Σ^{O}; egiptios Λ^{H}Σ^{TM}Ψ^{B}Ω^{M}𝔞 |

⟨dominus CA | 26. ¶ et ait *Div. sine num.* Ψ^{DF}; § et ait CO; ⟨et ait GAT | ⟨extende GCAT | ⟨ut revertantur C | ⟨super A | 27. § cumque CO; ⟨cumque GAT | ⟨reversum est CA | ¶ fugientibusque *Div. sine num.* Ψ^{F}; ⟨fugientibusque GCAT | ⟨et involvit GA | 28. ⟨reversaeque sunt CAT | ⟨et operuerunt A | ⟨qui A | ⟨ne GAT | 29. § filii CO; ⟨filii GAT | ⟨et aquae GA | ⟨et a G | 30. § liberavitque O; ⟨liberavitque GCAT | 31. ⟨et viderunt GAT.

super litus maris
et manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos
timuitque populus Dominum et crediderunt Domino et Mosi servo eius
XV. 1 tunc cecinit Moses et filii Israhel carmen hoc Domino et dixerunt
Cantemus Domino gloriose enim magnificatus est
equum et ascensorem deiecit in mare
2 fortitudo mea et laus mea Dominus
et factus est mihi in salutem
iste Deus meus et glorificabo eum
Deus patris mei et exaltabo eum
3 Dominus quasi vir pugnator
omnipotens nomen eius
4 currus Pharaonis et exercitum eius proiecit in mare

XV. 1. magnificatus est... deiecit G; honorificatus est... proiecit AO, *utroque, ut videtur, antiquae versionis influxum subeunte* | 2. fortitudo mea et laus mea dominus et factus GA; adiutor et protector factus O.

Deest X (*ant. vers.*).

litos P* | magnum $Φ^{P}$ | exarcuerat $Λ^{L}$; exercuat $Σ^{T}$ | dominus *om.* $Ω^{S}$* | eos] egyptios C. *Cf. hebr. et LXX; Aug. loc. in exod. 75* (fecit dominus aegyptiis) | timuit omnis populus (que *om.*) X | populus dominum] *in ras.* $Ψ^{B2}$ | populum $Π^{ct}$ | dominum] B*; dominus $Σ^{T}B^{2}$ | credidit $Ω^{S}$ | moysi GΛXΠ$Σ^{TO}$BTMΦ$Θ^{HAM}$PΨΩ 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠; moisi $Σ^{M}$; mysi O | serbo O; famulo A.

XV. 1. moyses GΛXΠ$Σ^{T}$BTMΦO$Θ^{HAM}$PΨΩ 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠; moises $Σ^{OM}$ | et] cum Π; *om.* A* | filiis ΠB; fili O | israhel] $Θ^{G}$*; israel $Φ^{V}Θ^{G2}$ 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠; isrhl $Σ^{M}$; isrl G$Λ^{H}Σ^{O}$M$Φ^{RZG}$PΨΩ 𝔞; ihl Π; srahel C; srhl $Λ^{L}$X $Σ^{T}$B | carmem $Ψ^{M}$ | domino *om.* $Φ^{RA2}$ | et dixerunt *om.* G* | cantemus] *Canticum Exodi cum pluribus ex eis qui extant Psalterii Canticorumque codicibus contulimus, quos cum antiquiores textum veteris versionis plerumque exhibeant, ceteri vero ex textu vulgato desumpti nihil ad lectionum crisin afferant, hic negligendos duximus, opportunius in Collectaneis nostris de universa Canticorum serie in unum tractaturi* | gloriosę $Λ^{L}Π^{C}$O; gloriosae A* | magnificatus est = GCΛΣBTMΦΘP$Ψ^{BDF}$Ω 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠; magnificatum est $Ψ^{M}$; honorificatus est XΠAO *cum Hier. tr. Orig. in cant. cant. 1; ep. 22 (ad Eustoch.), 41; ep. 78 (ad Fab.), 5 m.; Nicetius, de psalm. bono, 1; Cassiod. in psalm. 105* | aequum $Π^{C}$P*$Ψ^{F}$ | deiecit = G$Λ^{L}Σ^{TM}$BTΦΘ$Ψ^{B2}Ω^{M}$ 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠; degecit C; proiecit $Λ^{H}$Π$Σ^{O}$AMOP$Ψ^{DFM}Ω^{SJ}$, *cum Ambr., de Nab. 15, in ps. 118, 4; Hier. ep. 22, 41; ep. 78; in Ezech. 8 (c. 26), 11 (c. 38) et 12 (c. 40); Vita S. Hilarion. 6; in Abac. 2 (c. 3); Aug. serm. 363, 2. Cf. Ambr. de Abr. 2, 7; om.* $Ψ^{B}$*.

2. fortitudo mea et laus mea dominus et] adiutor et protector XO *cum LXX; Ambr. de fide 3, 5 et cf. Aug. loc. cit.* | factus (est *om.*) $Ψ^{M}$.

3. uir *om.* A | omnipotens] ¶ in h(ebr.) dominus $Θ^{G}$.

4. faraonis X$Σ^{OM}$; farahonis $Σ^{T}$ |

⟨et manum GA | ⟨timuitque GCAT.

XV. 1. ¶ tunc XV. $Ω^{S}$ 𝔞𝔤; 15. $Ω^{M2}$ (*marg.*); XVIII. Λ; XXIII. $Ω^{M}$; XXIIII. TMΦP^{2}; *Div. sine num.* $Ψ^{M}$; § tunc CO; ⟨tunc GA | ¶ cantemus XV. $Ω^{J}$; XVIIII. $Λ^{H}$; *Div. sine num.* OΨ; § cantemus CA$Ω^{M}$ *sine num.*; ⟨cantemus GT | § equum O; ⟨equum GCAT | 2. § fortitudo C; ⟨fortitudo GAT | ⟨et factus est A | § iste O; ⟨iste GCAT | ⟨deus GA | 3. § dominus CO; ⟨dominus GAT | 4. § currus CO; ⟨currus GAT.

electi principes eius submersi sunt in mari Rubro
5 abyssi operuerunt eos
descenderunt in profundum quasi lapis
6 dextera tua Domine † magnifice † in fortitudine
dextera tua Domine percussit inimicum
7 et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios meos
misisti iram tuam quae devoravit eos ut stipulam
8 et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquae
stetit unda fluens
congregatae sunt abyssi in medio mari
9 dixit inimicus persequar et comprehendam
dividam spolia implebitur anima mea
evaginabo gladium meum interficiet eos manus mea
10 flavit spiritus tuus et operuit eos mare
submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus

---

6. dextera tua AO; dexteram tuam G* | magnificem G*AO, *errante archetypo, pro* magnifice *casu vocativo et cum hebr. genere masculino.*

Deest X (*ant. vers.*).

proiicit $\mathfrak{r}$ | eius *om.* Ω^{M} | summersi Π; subuersi Ψ^{B*} | ∾ in rubro mari O.

5. abyssy O | discenderunt O; descendunt A*.

6. dexteram tuam G*Θ^{G} | domine *om.* Ψ^{B*} (*int. lin.* đ Ψ^{B2}) | magnifice in = XP* *cum hebr.;* magnificem in G* BATOΘ^{AMG}; magnifica Λ^{L*}; magnificemini in C; magnificet mihi in Σ^{T}; magnificetur in ΠΦ^{RAZGV}; magnificata est in G^{C} $\Lambda^{L2H}\Sigma^{OM}$M$\Phi^{P}\Theta^{H}P^{2}\Psi\Omega$ $\mathfrak{agrelvsc}$. *Cf. LXX et ant. vers.* (glorificata est). ¶ ał magnificata est Θ^{A} | in fortitudinem T | dextere Ψ^{B*} | inimicos O.

7. deposuisti] B^{2} (e *in ras.*); doposuisti O | deposuisti + omnes Ω^{S} | aduersarios ⁎⁎ Ω^{J} | meos = GCΛΠ^{C}ΣBATMΦ OΘPΨΩ $\mathfrak{agel}$; tuos $\mathfrak{rvsc}$ *cum hebr.; om.* Π^{D} *cum LXX et ant. vers.* ¶ h(ebr.) tuos Θ^{G} | missisti O | que G*$\Lambda^{H}\Pi^{D}\Sigma^{TM}\Psi^{M}$ Ω^{SJ} $\mathfrak{a}$; et C | deuorabit B | ut] sicut ΣB TMΦΘΨΩ^{SJ} $\mathfrak{agrelvsc}$ | stipula G; stipulum Φ^{P*}.

8. et *om.* TMΦ$\Theta^{H}\Psi^{B*}$ | spiritum O | fluens + et Λ | congregati $\Sigma^{M}\Psi^{M}$; concrete Σ^{T} | abysi O | maris Σ^{TM}; *om.* Ψ^{F}.

9. dixitque Φ^{Z*} | et *om.* Σ^{TM}BΨ^{B*DM} *cum hebr. Cf. LXX et ant. vers.* (persequens comprehendam) | compraehendam $\Pi^{C}\Phi^{A}$; conprehendam Σ^{T}BΦ^{ZVP}OPΨ^{M}; conp̄hendam Λ^{H}; conpreendam C | comprehendam + et Σ^{O} | spolia + et Π^{D2} | implebitur anima mea] replebo animam meam G *cum LXX et ant. vers.* | replebitur Π^{D} | animam meam Ψ^{M} | interficiat O† | manus] anima O.

10. flabit B | tuus] eius Π^{D}. *Cf. psalm. 147* | summersi Π.

---

§ electi CO; ⟨electi GAT | 5. § abyssi O; ⟨abyssi GAT | ⟨descenderunt GCA | 6. § dextera (1º) CO; ⟨dextera (1º) GAT | ⟨dextera (2º) GCA | 7. § et in O; ⟨et in GCA | § misisti CO; ⟨misisti GAT | ⟨(sic)ut T | 8. ⟨et in GA | § stetit CO; ⟨stetit GAT | ⟨congregatae sunt GA | 9. § dixit CO; ⟨dixit GAT | ⟨et comprehendam G | ⟨dividam GCA | ⟨evaginabo GCAT | 10. § flavit CO; ⟨flavit GAT | ⟨submersi sunt GCA.

11 quis similis tui in fortibus Domine quis similis tui
magnificus in sanctitate
terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia
12 extendisti manum tuam et devoravit eos terra
13 dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti
et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum
14 † attenderunt † populi et irati sunt
dolores obtinuerunt habitatores Philisthim
15 tunc conturbati sunt principes Edom robustos Moab obtinuit tremor
obriguerunt omnes habitatores Chanaan
16 inruat super eos formido et pavor in magnitudine brachii tui
fiant inmobiles quasi lapis
donec pertranseat populus tuus Domine
donec pertranseat populus tuus

---

11. tui ΛΠΤΜΟ; tibi A | et faciens CΛΠ^{C}ATM; faciens XO | 13. in misericordia tua CΛΠA; in misericordia O | 14. *Pro lectione archetypi nostri* ascenderunt (AO *et ceteri omnes*), *restituimus lectionem fere similem* attenderunt *quae, iuxta sensum hebr. LXX omniumque antiquarum versionum, S. Hieronymi fuisse videtur* | 16. in magnitudine CΛΠΜΟ; magnitudinis AT | pertranseat CTMO; transeat Λ^{L}ΠA (*prima vice*).

Desunt G (*a v.* 11, quis) X (*ant. vers.*).

11. qui Λ^{H}Σ^{O}* | tui] tibi Σ^{T}A | fortis B* | qui Ψ^{M} | tui] *in ras.* Φ^{P2}; *om.* Λ^{L}*; tibi CA *cum LXX; Ambr. de fide 4, 12; Aug. serm. 363, 2* | in ** sanctitate (sancti *in ras.*) Θ^{G2} | adque CO | et faciens = CΛΠΣBATMΦΘPΨΩ ag; faciens (et *om.*) XO relbgc.

12. extendit Ψ^{M} | manum tuam] ¶ h(ebr.) dexteram tuam Θ^{G} | et *om.* P* | deuorabit B | terram Ψ^{D}.

13. tua *om.* B*Φ^{A}O | populo + tuo Θ^{H}Ψ^{M}Ω^{SM}. *Cf. LXX et Aug. loc. cit.* | redimisti T*Θ^{H} | eam Σ^{T} | tua] sua Φ^{R}† | ad] et B.

14. attenderunt] ascenderunt *omnes codd. et edd.;* audierunt 𝔪. ¶ h(ebr.) audierunt populi et perturbati sunt Θ^{G} | irate sunt Ψ^{M} | dolor obtinuit A 𝔴. *Cf. hebr.* | inhabitatores Π^{CD}* | habitatores + terre Ω^{J} | philisthim] Θ^{H}*; philistim CΛ^{L*H}Σ^{TO}BOP*; philisthiim Φ^{A}Θ^{H2M2} (il *in ras.*) ^{G2} relbgc; philistiim Λ^{L2}Π^{D}MΦ^{RZGVP}P^{2}Ψ^{BF}Ω^{JM} ag; phylisthiim TΘ^{AG}*; phylistiim AΨ^{DM}Ω^{S}; filistiim Π^{C}Σ^{M}.

15. conturbati sunt] congregati sunt O | principes] duces CΣ^{T} *cum LXX et Aug. serm. 363, 2* | aedom C | robostos O; robustus Φ^{A}*P*Ψ^{M} | mohab C | tremor obriguerunt *om.* Φ^{V} | habitatores + terre Ω^{J}* | channaan Θ^{H}; canaan Σ^{M}*; canahan Σ^{T}.

16. inruat — tuus domine Ψ^{B2} *in ras.* | inruat] Θ^{G2} *in ras.;* inruit B; irruit Π^{C}Σ^{O}; decidat O | formida Φ^{V}* | pauor] *in ras.* Φ^{P2} | pauor **** magnitudine Θ^{G2} *in ras.* | in magnitudine] magnitudines Ψ^{B2D}; magnitudinis BATΦΘ^{AM}Ψ^{M}. *Cf. Aug. loc. cit.* (tremor et timor magnitudinis) | braccii C; bracii Σ^{T} | transeat Λ^{L}ΠA | domine — populus tuus *om.* Λ^{H}Σ^{T}Ψ^{F} *per*

---

11. § quis CO; ⟨quis AT | ⟨magnificus A | ⟨terribilis A | ⟨et faciens C | 12. § extendisti O; ⟨extendisti CAT | 13. § dux C; ⟨dux AT | § et portasti O; ⟨et portasti A | 14. § a(sc)enderunt CO; ⟨a(sc)enderunt AT | ⟨dolores A | 15. § tunc CO; ⟨tunc AT | ⟨robustos C | § obriguerunt O; ⟨obriguerunt CA | 16. § inruat C; ⟨inruat AT | § fiant CO; ⟨fiant AT | ⟨donec (1o) CA | ⟨donec (2o) CA.

iste quem possedisti
17 introduces eos et plantabis in monte hereditatis tuae
firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine
sanctuarium tuum Domine quod firmaverunt manus tuae
18 Dominus regnabit in aeternum et ultra
19 ingressus est enim equus Pharao cum curribus et equitibus eius in mare
et reduxit super eos Dominus aquas maris
filii autem Israhel ambulaverunt per siccum in medio eius.
20 Sumpsit ergo Maria prophetis soror Aaron tympanum in manu sua
egressaeque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis et choris
21 quibus praecinebat dicens
Cantemus Domino gloriose enim

---

17. sanct(uarium) tuum CΛ^{H}ΠO; sanctuarium (tuum *om.*) Λ^{L}ATM | 18. regnabit ΠT; regnauis O; regnauit CΛAM* | 19. equus pharao AO | 20. in manu sua ΠAM; in manu CTO.

Desunt GX (*ant. vers. usque ad v.* 20, sumpsit).

homoeoteleuton | transeat Π^{D*} | tuus *om.* O𝔪 | istę Θ^{H} | possedisti] redemisti Ψ^{M}.

17. introduc Σ^{M}B | in montem CΣ^{TM} | domine *om.* Ψ^{M} | sanctimonium O | tuum *om.* Λ^{L}B*ATMΦ^{RAZGV}𝔪. *Cf. LXX et ant. vers.* ¶ « sanctuarium domine ». Hebr. et antiqui non interponunt « tuum » *Guill.* | firmauerunt] preparaberunt B *cum LXX et ant. vers.* ¶ al formauerunt Θ^{A}.

18. domine regnauis O. *Cf. ant. vers.* (domine qui regnas) | regnauit CΛ Σ^{TO}AM*Φ^{A*}Θ^{H}Ψ^{BF}Ω^{M} | in ętęrnum Σ^{M}.

19. enim *om.* Φ^{P} | equus pharao = Λ^{L*}ATMΦ^{V*}OΘP𝔪^{2}; eques pharao Λ^{L2H} Σ^{O}Φ^{RAZGV2P}Ψ^{BDF}Ω^{S} 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠; equus pharaonis CΠΣ^{TM}BΩ^{J}𝔪*; eques pharaonis Ω^{M}; equites pharao Ψ^{M} (equus] Π^{D*}P* (?); aequus A*CΠ^{C}; equs Π^{D2}Σ^{M}P^{2}; aeques Ψ^{F}; equis Ψ^{D} | farao Λ^{L}Σ^{O}O; faraonis Σ^{M}; farahonis Σ^{T}) | aequitatibus A*; equitatibus A^{2} | eius *om.* CB^{2}TΦΘ^{H*AMG}. ¶ « ingressus est enim equus pharao ». « equus » ponitur collectiue et « pharao » est genitiui casus *Hug.* « ingressus est enim equus pharao cum curribus et equitibus in mare ». Sic habent antiqui et nostri et hebr. et graecus. Noui habent « eques » et « eius » quod quidem male stat *Guill.* Hebr. antiqui « equus » alii « eques » *Iac.* ā eques Θ^{M} (*nota marg. in* Θ^{G} *legi nequit*) | ** in Ψ^{B2} *in ras.* | in mari T | ∾ dominus super eos O | fili O | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl Λ^{H}Σ^{O}MΦ^{RZGV}PΨΩ𝔞; ihl Π; srahel C; srhl Λ^{L}Σ^{T}B | in] per CΣ^{T}. *Cf. Aug. loc. cit.* (per medium mare) | eius] mari Π *cum hebr. et LXX. Cf. Aug. loc. cit.*

20. ergo *om.* Ψ^{B*} | mariā Σ^{M} | prophetis = AΘ^{AMG}P*𝔪; profetis O; prophetes Φ^{RA*ZGVP}P^{2}Ψ^{D}Ω^{J}; prophetissa CΛΠ Σ^{TO}BTMΦ^{A2}Θ^{H}Ψ^{FM}Ω^{SM} 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠; profetissa XΣ^{M}; prophetissa * Ψ^{B} | aharon C; aaron ** Ψ^{F} | sua *om.* CΛΣTΦOΘ^{M2G}P ΨΩ^{M} | omnes *om.* X | mulieris O | ∾ mulieres omnes Ω^{J} | coris Σ^{M}A*; citharis X.

21. qui T*; que T^{2} | pracinebat O; pr(a)ecinebant Λ^{L}ΣT^{2} (in *in ras.*); precingebat Ψ^{D} | precinebat + maria X *cum*

---

17. § introduces CO; ⟨introduces AT | ⟨firmissimo CA | § sanctuarium O; ⟨sanctuarium CAT | 18. ⟨dominus CA | 19. § ingressus est CO; ⟨ingressus est AT | ⟨cum curribus C | ⟨et reduxit CA | § filii O; ⟨filii CAT | 20. ¶ sumpsit XXV. TMΦP^{2}; *Div. sine num.* Ψ; § sumpsit CAOΩ^{M} (*sine num.*) | ¶ egressaeque sunt *Div. sine num.* Ψ^{F}; ⟨egressaeque sunt CAT | 21. ⟨quibus A | ¶ cantemus XX. Λ^{H}; § cantemus CO; ⟨cantemus AT.

magnificatus est
equum et ascensorem eius deiecit in mare.
22 Tulit autem Moses Israhel de mari Rubro et egressi sunt in desertum Sur
ambulaveruntque tribus diebus per solitudinem et non inveniebant aquam
23 et venerunt in Marath
nec poterant bibere aquas de Marath eo quod essent amarae
unde et congruum loco nomen imposuit
vocans illud Mara id est amaritudinem
24 et murmuravit populus contra Mosen dicens quid bibemus
25 at ille clamavit ad Dominum qui ostendit ei lignum
quod cum misisset in aquas in dulcedinem versae sunt

Deest G (*usque ad v.* 24, bibemus).

hebr. LXX et ant. vers. | dicens] Φ^{A*3}; dicentes Λ^{L}ΣΤΦ^{A2} (?) | cantate Θ^{H*} | domino + et Ψ^{B*} | gloriosae A*Φ^{R}O | magnificatus] honorificatus XΠ^{D}Ω^{M} *cum Ambr. in ps. 1* (*praef.*) | eius *om.* ΛXΠΣΒΤΦΘΡΨΩ𝔤𝔯𝔴 | proiecit XΠΣ^{T}Ψ^{DFM}Ω^{SJ}; progecit C *cum Ambr. loc. cit.; Aug. serm. 363, 4.*

22. moyses ΛXΠΣ^{T}BTMΦOΘ^{HAM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔤𝔠; moises Σ^{OM} | moyses + et aaron Ψ^{FM} | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔤𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl Λ^{H}Σ^{O}MΦ^{RGV}PΨ^{DFM}Ω𝔞; irl Φ^{Z}; srahel C; srhl XΣ^{T}B; srl Λ^{L}; israhelem Π; isr̄lem Ψ^{B2} *in ras.* | de mare P* | egręssi sunt O; ingressi sunt CΨ^{DFM}Ω^{SJ} | sur] P^{2} (u *in ras.*) | ambulauerunt (que *om.*) Ψ^{B*} | per] in A *cum hebr. et LXX.*

23. ueneruntque X | marath = CΛXΠΣ^{TO}BAMΦOΘΡΨΩ𝔞𝔴; marat Σ^{M}T^{2}; mara T*𝔤𝔯𝔢𝔩𝔤𝔠 | poterat M* | aquam O† | marath = Λ^{H}XΠΣ^{O}AΘ^{A*M*G}PΩ𝔞𝔴; marat CΣ^{M}; mara Λ^{L}Σ^{T}BTMΦΘ^{HA2M2}Ψ𝔤𝔯𝔢𝔩𝔤𝔠; mare O. ¶ ał maratha Θ^{M} | esset amare Λ^{L} | unde et — uocans illud *om.* X* | loco] Ψ^{B*}; locum B; loci TΦ^{RAZ*GVP}Θ^{A*}Ψ^{B2DFM} | ∾ nomen loco Ω^{M} | inposuit CΛ^{L}Π^{C}Σ^{TM}BATM*Φ^{AV}OΘ^{HAM2G}PΨ^{FM}; posuit Θ^{M*}Ψ^{B*} | illud] *in ras.* Ψ^{M2}; illut CBΦ^{P*}Θ^{M*}; illum ΛΠΣ^{T}Φ^{P2}Θ^{M2}Ω^{SJ}𝔞𝔯𝔢𝔩𝔤𝔠 | mara = CΛXΠΣ^{T}BATMΦOΘPΨΩ𝔤𝔯𝔢𝔩𝔤𝔠; marat Σ^{M}; marath Σ^{O}𝔞𝔴 | id est amaritudinem *om.* 𝔴* | id est] hoc est Σ^{T}. ¶ « mara » quod sequitur « id est amaritudinem » hebraeum non habet *Hug.* « et uenerunt in marath » per th finalem. Sed secundo et tertio ponitur « mara » per a finalem. Sic hebr. et antiqui. Unde et congruum loci nomen imposuit uocans illud « mara ». Quod dicitur « illud » ad nomen refertur... Sequitur « id est amaritudinem ». Notula quae dicit quod hoc hebr. non habet, friuola est, quia nihilominus est de textu. Sed require Gen. XXXV (18). *Guill.*

24. murmorauit M*; murmurabit B | moysen ΛXΠΣ^{T}BTMΦOΘ^{AM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔤𝔠; moisen Σ^{OM} | uibemus CO; bibe••mus A.

25. misisset aquas dulcedinem Φ^{A*} | misset Λ^{L} | in dulcedine ΛXBT | uersi sunt P*; conuersae sunt T; reuerse sunt

---

⟨equum A | 22. ¶ tulit VIIII. AΘ^{H2A2M2G2}; XXVI. TMΦP^{2}; XXXII. B; *Div. sine num.* Ψ; § tulit CO | ⟨et egressi sunt C | § ambulaveruntque O; ⟨ambulaveruntque CAT | 23. ¶ et venerunt VIIII. C^{2}Σ$^{T(O)M}$; ⟨et venerunt CA | ⟨nec poterant A | ⟨eo quod C | ⟨unde CAT | ⟨vocans A | 24. § et murmuravit CO; ⟨et murmuravit AT | ⟨quid C | 25. ¶ at ille XXXII. GX; ⟨at ille CAT | ⟨ad dominum G | § qui ostendit O; ⟨qui ostendit CT | ⟨quod GCAT | ⟨in dulcedinem C.

ibi constituit ei praecepta atque iudicia
et ibi temptavit eum
26 dicens
si audieris vocem Domini Dei tui
et quod rectum est coram eo feceris
et oboedieris mandatis eius
custodierisque omnia praecepta illius
cunctum languorem quem posui in Aegypto non inducam super te
ego enim Dominus sanator tuus
27 venerunt autem in Helim
ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palmae
et castrametati sunt iuxta aquas
XVI. 1 profectique sunt de Helim
et venit omnis multitudo filiorum Israhel in desertum Sin
quod est inter Helim et Sinai
quinto decimo die mensis secundi
postquam egressi sunt de terra Aegypti

---

26. ego enim dominus GO; ego enim sum dominus A | 27. uenerunt autem GO; uenerunt autem filii israhel A.

X | constitui Λ^{H*}; constuit Σ^{T} | ei *om.* Θ^{H*} | iudicia] Ψ^{M2} (a *in ras.*) | et *om.* O.

26. dicens] et dixit Θ^{G2} (*in ras.*) *et in marg.* h(ebr.), *cum hebr. et LXX* | uocem] nomen A | eo] Λ^{L2} *sup. ras.* | et (*ante* oboedieris) *om.* Λ^{H*} | mandata CB P*Ψ^{F} | omnia *om.* X | illis G*; eius Ψ^{M} Ω^{M}; eillius Φ^{P2} *in ras.* | cunctumque G^{C} Ω^{M} | posuit Θ^{H*} | egypto XΠ^{D}Ψ^{M}Ω^{SJ}; egipto Λ^{H}ΣΨ^{B}Ω^{M}𝔞; egyto B | ego + sum X | enim + sum ΠBAΘ^{H}PΩ^{S}𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰 *cum LXX* | dominus *om.* Θ^{H} | dominus + deus 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔰 *cum LXX* | sanator] saluator Λ^{H} Ω^{SM} | tuos Λ^{L*}.

27. autem + filii israhel ΠAΨ^{M} (ihl Π; isrl Ψ^{M}) | helim = GCΛΠ^{D}ATMΦO Θ^{HAMG*}PΨ^{DFM}Ω^{J}𝔞; helym Ω^{SM}; elim ΣB Θ^{G2}Ψ^{B}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠; ęlim XΠ^{C} | (h)elim + filii israhel Θ^{HAM*G}P𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠 (israel 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠; isrl Θ^{G}P) | ubi] et ibi Ω^{M} *cum hebr. et LXX* | ∼ fontes aquarum duodecim Ω^{M} | et (*ante* castrametati) *om.* A*Ψ^{B*} | iusta Λ^{L}.

XVI. 1. sunt *om.* Π^{C}𝔞 | helim = GCΛ Π^{D}BATMΦOΘ^{HAMG*}PΨΩ^{J}𝔞; helym Ω^{SM}; elim XΠ^{C}ΣΘ^{G2}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠 | ueniet Λ^{L*} | omnes O | filiorum isrl] *in ras.* Φ^{A2} | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O} MΦ^{RA2ZGV}PΨΩ𝔞; ihl Π; srahel C; srael Σ^{T}; srhl Λ^{L}XB | in deserto Σ^{T}B | syn X Ω𝔞 | quod] *in ras.* Φ^{A2} | helim = GCΛΠ BATMΦOΘ^{HAMG*}PΨ^{DFM}Ω^{J}𝔞; helym Ω^{M}; elim XΣΘ^{G2}Ψ^{B}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠; elym Ω^{S} | sinai = GΛ^{L}ΣATMΦ^{RAZGV}OΘP𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠; synai Φ^{P}ΨΩ^{JM}; sinay CΛ^{H}XΠ; synay BΩ^{S} | sinay **** Π^{D} | quinta decima 𝔞 | mensi Ψ^{M}; mense Θ^{H} | secundo Φ^{V*} | post Ψ^{F*} | de egipto (terra *om.*) Σ^{M} | egypti CXΠ^{D}BΨ^{M}Ω^{SJ}; aegipti Σ^{T}Ψ^{B}; egipti Λ^{H} Σ^{O}Ω^{M}𝔞.

<ibi GCAT | <atque G | <et ibi CA | 26. § si audieris C; <si audieris GAT | <et quod GA | <et oboedieris GA | <custodierisque GCA | <cunctum GAT | <quem posui G | <non inducam G | <ego GCAT | 27. ¶ venerunt XX. Λ^{L}; XXI. Λ^{H}; XXVII. TM Φ^{P2}Ω^{M}; *Div. sine num.* Ψ^{BDM}; § venerunt CA (*marg.*) O; <venerunt G | <filii C | <ubi A | <et septuaginta G | <et castrametati sunt GCAT.

XVI. 1. ¶ profectique sunt XVI. Ω^{SJ}𝔞𝔤; 16. Ω^{M2} (*marg.*); § profectique sunt CO; <profectique sunt GAT | <et venit GA | <quod est GCA | <quinto GCAT | <postquam GA.

2 et murmuravit omnis congregatio filiorum Israhel
contra Mosen et contra Aaron in solitudine
3 dixeruntque ad eos filii Israhel
utinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti
quando sedebamus super ollas carnium
et comedebamus panes in saturitate
cur † eduxistis † nos in desertum istud
ut occideretis omnem multitudinem fame
4 dixit autem Dominus ad Mosen
ecce ego pluam vobis panes de caelo
egrediatur populus et colligat quae sufficiunt per singulos dies
ut temptem eum utrum ambulet in lege mea an non
5 die autem sexta parent quod inferant

XVI. 2. contra mo(y)sen et contra aaron AO; contra moysen et aaron G | 3. eduxistis G; eduxisti AO, *errante archetypo* (*cf. infra* occideretis GAO) | 4. col-l(i)gat AO; colligant G.

2. murmorauit M*; murmurabit XB; murmurmurauit G* | omnes O | filiorum *bis rep.* G* | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔡𝔰𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O}TMΦ^{RAZGV}PΨΩ𝔞; ihl Π; srahel C; srhl Λ^{L}XΣ^{T}B | moysen GΛΠΣ^{T}BTMΦOΘ^{HAM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔡𝔰𝔠; moisen XΣ^{OM} | contra (*ante* aaron) *om.* GΛΠΣP^{2}Ω^{J}𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠 *cum LXX; Aug. loc. in exod. 80* | aharon C.

3. fili O | filii israhel *om.* X | israhel] Θ^{G*}; israel Φ^{V}Θ^{G2}Ω^{J}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔡𝔰𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O}MΦ^{RAZG}PΨΩ^{SM}𝔞; ihl Π; srhl CΣ^{T}B; srl Λ^{L} | ∾ filii (israhel) ad eos 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠 | utina A†; ut Ω^{M} | m. fuissemus Π | per manu B | egypti XΠ^{D}BΨ^{M}Ω^{SJ}; aegipti Σ^{T}; egipti CΛ^{H}Σ^{OM}Ψ^{B2}Ω^{M}𝔞; egipto Ψ^{B*} | ulas O^{2} (la *in ras.*) | commedebamus Ψ^{M}; comedeuamus O; comedibamus A* | panes] Θ^{G*}P*; panem ΠΘ^{G2} (*et in marg.* h(ebr.)) P^{2}Ψ^{B}Ω^{JM}𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔡𝔰𝔠 *cum hebr.* | panem + nostrum Ψ^{B*} | in saturitate] *in ras.* Φ^{A2}; in saturitatem O | ∾ in saturitate panem Ω^{M} | eduxistis = GΛ^{H*}Σ^{T2}O^{2M}𝔯𝔡𝔠; eduxisti CXΣ^{T*O*}AOP* *cum quibusd. codd. gr. et Tert. de ieiunio adv. psych. 5;* ęduxisti Λ^{L}Ψ^{F}; induxistis Λ^{H2}TM^{2}Φ^{RAGVP}Θ^{H2A2M2G2}P^{2}Ω^{SJ2}𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰; induxisti ΠBM*Φ^{Z}Θ^{H*A*M*G*}Ψ^{BDM}Ω^{J*M} | istud] P*; istut XB; istum GΦΘ^{AMG}P^{2}; *om.* Π^{CD*} | occideretis] Φ^{Z*}; occideres XΠ; occidere Φ^{Z2} | omne Σ^{T}Ψ^{D} | omnem + hanc Σ^{M} *cum hebr. et LXX. Cf. Tert. loc. cit.* (ad interf. synagogam istam); + hanc populi C | famae O.

4. dominus *om.* G* | moysen GΛΠΣ^{T}BTMΦOΘ^{HAM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔡𝔰𝔠; moisen XΣ^{OM} | ego *om.* Σ^{O*}B | panes] Θ^{G*}P*; panem Λ^{H}XΠ^{D}Θ^{G2} (*et in marg.* h(ebr.)) P^{2}Ψ^{M}𝔤 *cum hebr.; Sap. 16, 20; Ioan. 6, 32 et cf. ps. 77, 24* (panem caeli); *om.* Σ^{T} | populos P* | collegat O; colligant GΦ^{A*Z} | que CΛ^{H}XΠ^{D}Σ^{TM}Ψ^{BM}Ω^{SM} | sufficiunt] P*; sufficiant CMP^{2}Ω^{M}; sufficiat X | ambulet] P^{1} (et *in ras.*) | in legem meam CXB.

5. diem Ψ^{F*}; a die Π^{C}; in die Π^{D} |

---

2. § et murmuravit CO; ⟨et murmuravit GAT | ⟨contra A | 3. § dixeruntque C; ⟨dixeruntque GAT | ⟨ad eos C | ⟨utinam GCAT | ⟨quando GCA | ⟨et comedebamus GA | ⟨cur GCAT | ⟨ut occideretis A | 4. ¶ dixit XXXIII. GB; § dixit CO; ⟨dixit AT | ⟨ecce GCAT | ⟨egrediatur GCAT | ⟨ut temptem GCA | ⟨utrum T | ⟨an non G | 5. ⟨die GCAT.

et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies
6 dixeruntque Moses et Aaron ad omnes filios Israhel
vespere scietis quod Dominus eduxerit vos de terra Aegypti
7 et mane videbitis gloriam Domini
audivit enim murmur vestrum contra Dominum
nos vero quid sumus quia mussitatis contra nos
8 et ait Moses
dabit Dominus vobis vespere carnes edere
et mane panes in saturitate
eo quod audierit murmurationes vestras
quibus murmurati estis contra eum
nos enim quid sumus
nec contra nos est murmur vestrum sed contra Dominum
9 dixitque Moses ad Aaron dic universae congregationi filiorum Israhel
accedite coram Domino audivit enim murmur vestrum
10 cumque loqueretur Aaron ad omnem coetum filiorum Israhel
respexerunt ad solitudinem

---

5. et sit AO; ut sit G | 8. in saturitate GA; in saturitatem O.

sexto Ω^{SJ} 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠 | parebit Σ^{M} | quid Ψ^{B*} | et] ut GΣ^{O} | quam] quod B | collegere T | solent X.

6. moyses GΛΠΣ^{T}BTMΦOΘ^{HAM}PΨΩ 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠; moises XΣ^{OM} | aharon C | filiorum Ψ^{M} | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}Ω^{J} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O}MΦ^{RAZG}PΨΩ^{SM} 𝔞; ihl Π; srahel C; srhl Λ^{L}XΣ^{T}B | uobis XB | egypti XΠ^{D}Ψ^{M}Ω^{SJ}; aegipti Σ^{T}; egipti CΛ^{H}Σ^{OM}Ψ^{B}Ω^{M} 𝔞.

7. uideuitis CΛ^{L}Σ^{T}O | domini] dei Π^{C} *cum cod. gr.* A | audiuit] Λ^{L*}Ψ^{F*}; audiui Λ^{L2}Σ^{M}TMΦ^{RAZGV}Ψ^{BF2}Ω 𝔞𝔢𝔩𝔷; audibi X. ¶ ā audiui Θ^{M} | enim *om.* Ω^{M} | contra dominum *om.* Φ^{V} | quid] quod sic X | mussitatis = G*AOΘ^{G2} 𝔦𝔳; musitatis G^{2}ΛBTMΦΘ^{HAMG*}P^{2} (sita *in ras.*) Ψ; mussitastis 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔷𝔠; musitastis CΠ^{D}ΣΩ^{SJ} 𝔞; musitasti Π^{C}Ω^{M}; murmurastis X.

8. moyses GΛΠΣ^{TO}BTMΦOΘ^{HAM}PΨΩ 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠; moises XΣ^{M} | dabit + enim Ψ^{F} | ∾ uobis dominus ΣPΨ^{B} 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠 | aedere T; hedere Σ^{T} | mane panes] manes Π^{C} | panem Π^{D}; *om.* Ψ^{D} | in saturitatem CΣ^{O}BMΦ^{Z}OΘP *cum LXX* | murmurationem uestram X | murmuratis Π; murmurastis Σ | contra eum] coram eo C | quod P* | dominum] deum A *cum LXX; Aug. quaest. in exod. 59.*

9. dixit quoque BΩ^{S} 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔷𝔠 | moyses GΛΠΣ^{TO}BTMΦOΘ^{HAM}PΨΩ 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠; moises XΣ^{M} | aharon C | uniuersae + filiorum Λ^{H*} | congregationis B; congretioni G*; cognationi Σ^{TO} | filiorum *om.* Σ^{T} | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}Ω^{S} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O}TMΦ^{RAZG}PΨΩ^{JM} 𝔞; ihl Π; srahel C; srhl XΣ^{T}B; srl Λ^{L} | accedite] T^{2} (ce *in ras.*) | murmur uestrum] *in ras.* G^{C}.

10. quumque loqueloqueretur G* | cumque] *in ras.* G^{C}; cum ΠΨ^{F*} | aharon C | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}Ω^{J} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠;

〈et sit GCA | 6. § dixeruntque CO; 〈dixeruntque GAT | 〈vespere GCAT | 7. 〈et mane GCA | 〈audivit GCAT | 〈nos vero GCAT | 8. § et ait CO; 〈et ait GAT | 〈dabit GCAT | 〈et mane GCA | 〈eo quod CA | 〈quibus A | 〈nos enim GCAT | 〈nec GAT | 9. § dixitque CO; 〈dixitque GAT | 〈dic GCT | 〈accedite GCAT | 〈audivit C | 10. ¶ cumque XXXIII. X; § cumque CO; 〈cumque G^{C}AT | 〈respexerunt CA.

et ecce gloria Domini apparuit in nube
11 locutus est autem Dominus ad Mosen dicens
12 audivi murmurationes filiorum Israhel
loquere ad eos
vespere comedetis carnes et mane saturabimini panibus
scietisque quod sim Dominus Deus vester
13 factum est ergo vespere et ascendens coturnix operuit castra
mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum
14 cumque operuisset superficiem terrae
apparuit in solitudine minutum et quasi pilo tunsum
in similitudinem pruinae super terram
15 quod cum vidissent filii Israhel
dixerunt ad invicem Man hu quod significat Quid est hoc
ignorabant enim quid esset

---

11. autem AO; *om.* G | 12. murmurationes GO; murmurationem A | 13. et ascendens AO; et ascendit G | operuit (A)O; et operuit G | 14. tunsum GA; tonsum O.

isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O}MΦ^{RAZGV}PΨΩ^{SM}𝔞; ihl Π; srahel C; srhl Λ^{L}XΣ^{T}B.

11. locutusque est Π^{D} *cum hebr. et LXX. Cf. Aug. de trin. 2, 14* (et locutus est) | autem *om.* GΠΘ^{H*} *cum iisdem* | moysen GΛΠΣ^{TO}BTMΦOΘ^{HAM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; moisen XΣ^{M} | dices O.

12. murmurationem AΨ^{M} *cum LXX et cf. Aug. loc. cit.* (murmur) | murmurationes*** Ψ^{F} | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}Ω^{J}𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O}MΦ^{RZGV}PΨΩ^{SM}𝔞𝔤; ihl Π; srahel C; srhl XΣ^{T}B; srl Λ^{L} | israhel + quibus contra uos murmurant Φ^{P}. *Cf. Num. 17, 5* | comedetis] C^{2} (tis *in ras.*); commedetis Ψ^{M}; comeditis O | saturabini Σ^{T*}O†; saturamini T*P* | panibus] Θ^{G*}; pane Θ^{G2} (*et in marg.* h(ebr.)) P | scitisque Π^{C*}; et scietis A𝔪; scietis (que *om.*) Ψ^{B*M} | quod + ego G^{2} Π^{D2} (*in ras.*) ΣBTΦΘ^{M2}ΨΩ𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠 *cum hebr. et LXX* | sum ΣBΦ^{A*P*}Ψ^{B*DFM}Ω^{SM}𝔞𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠.

13. est ergo] *in ras.* Φ^{A2} | ergo] autem ΠAΨ^{F} | ascendens] Θ^{H*}; ascendent Ψ^{B*}; ascendit GΘ^{H2} *cum hebr. et LXX; Ps.-Ambr. de 42 mans. 10* | cuturnix CX; coturnic B* | operuit = ΛXΠΣBTMΦOΘPΨ^{DFM}Ω𝔤; hoperuit C; et operuit GΨ^{B} *cum hebr. et LXX;* cooperuit A𝔞𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠 *cum Ps.-Ambr. loc. cit.* (et cooperuit) | castra] terra A; terram C | quoque + ut Ψ^{F} | per] super Σ^{TM}M | circuytum C; cicuitum Σ^{T*}; circutum Π^{C}; circuitu O | castorum Λ^{L}.

14. superfaciem XO | in solitudinem CX | solitudine + man Π^{D} | munitum Ψ^{B} | tunsum] Λ^{L*}; tusum 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔤𝔠; tonsum Λ^{L2}XΠ^{C}ΣBTM*Φ^{RAZ*GV}OΘΨ^{BDM}Ω^{SJM*} | in similitudine GΛ^{H}ΠTΦP; in solitudine Ψ^{B}; in solitudinem Θ^{H*} | pruyne X; prunę Λ^{L}; pine Ψ^{B*}.

15. uidisset Ψ^{B*} | fili O | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}Ω^{J}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O}TMΦ^{RZG}PΨΩ^{SM}; ihl Π; srahel C; srhl Λ^{L}XΣ^{T}B | dixerint Ψ^{M2} (nt *in ras.*) | m̄ān̄ hū = AO; manhu GΛ^{L}XΠΣ^{TM*}BTM

⟨et ecce CAT | 11. ¶ locutus est XXI. Λ^{L}; XXII. Λ^{H}; XXVIII. TMΦP^{2}Ω^{M}; *Div. sine num.* Ψ; § locutus est CO; ⟨locutus est GA | 12. ⟨audivi GCAT | ⟨loquere CAT | ⟨vespere CAT | ⟨et mane G | ⟨scietisque GCAT | 13. ¶ factum est XXXIIII. GX; § factum est CO; ⟨factum est AT | ⟨et ascendens C | ⟨operuit G | ⟨mane GCAT | 14. § cumque CO; ⟨cumque GAT | ⟨apparuit GCA | ⟨et quasi G | ⟨in similitudinem GA | 15. § quod CO; ⟨quod GAT | ⟨dixerunt A | ⟨manhu GC | ⟨quod significat GC | ⟨quid est G | ⟨ignorabant GCAT.

quibus ait Moses
iste est panis quem dedit Dominus vobis ad vescendum
16 hic est sermo quem praecepit Dominus
colligat ex eo unusquisque quantum sufficiat ad vescendum
gomor per singula capita
iuxta numerum animarum vestrarum quae habitant in tabernaculo sic tolletis
17 feceruntque ita filii Israhel
et collegerunt alius plus alius minus
18 et mensi sunt ad mensuram gomor
nec qui plus collegerat habuit amplius
nec qui minus paraverat repperit minus
sed singuli iuxta id quod edere poterant congregaverunt
19 dixitque Moses ad eos
nullus relinquat ex eo in mane
20 qui non audierunt eum
sed dimiserunt quidam ex eis usque mane
et scatere coepit vermibus atque conputruit
et iratus est contra eos Moses

---

16. sufficiat GCΛMΘ; sufficit AT | 18. congregauerunt G; congregarunt A.

Deest O (*ant. vers.*).

ΦΘ^{AMG}P^{2} (hu *in ras.*) ΨΩ agrelbgc; manu Λ^{H}Σ^{O}; ma hu Σ^{M2}; manum C; manhum Θ^{H*}; ma nhu Θ^{H2} | quo*d X^{2} *in ras.* | significauit Φ^{Z} | quod Λ^{L*} | ingnorabant Σ^{M*} | quod Ψ^{M} | moyses GΛΠΣ^{TO}BTMΦO Θ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moises Σ^{M}X | ∾ moyses ait Ω^{M} | est *om.* Θ^{H*} | panes P* | dominus *om.* C | ∾ dedit uobis dominus Σ^{TO}ΨΩ^{J*M}; dominus dedit uobis Σ^{M}Ω^{S} arelgc | ∾ ad uescendum uobis G.

16. hic] Λ^{L2} (c *sup. ras.*) | praecepit + uobis ae | collegat P*; colligant Π^{C}; colligite C | ex eo *om.* Ω^{M} | ∾ unusquisque ex eo agrelgc | sufficiat = GCΛXΠB MΘ^{H2AMG}P^{2}ΨΩ^{J*} g; sufficit ΣATΦΘ^{H*}P* Ω^{SJ2M} arelbgc | singula capita] B^{2} (a ca *in ras.*) | uestrarum] *in ras.* B^{2}; *om.* X | que CΛ^{H}XΠ^{D}Σ^{T}Ψ^{M}Ω^{SJ}; qui M* | abitant CΨ^{M} | in tabernacula Φ^{P}; in tauernaculum X.

17. ita *om.* XΨ^{B} | filiis Ψ^{M*} | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}Ω^{J} grelbgc; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O}TMΦ^{RAZGV}PΨΩ^{SM}a; ihl Π; srhl CX Σ^{T}B; srl Λ^{L} | colligerunt XΠT*M*Φ^{RAZGV} Θ^{H*}P*Ψ^{BDM} | alii plus alii minus X | plus + et Φ^{P}Θ^{H*A}P^{2}Ω^{J*} *cum LXX. Cf. Ambr. ep. 7* (qui plurimum et qui minimum).

18. ne Φ^{P} | colligerat XΠ^{C}Σ^{T}BM* Φ^{RAGV}P*Θ^{HA*M*}Ψ^{B*M} | nec qui minus parauerat] *in ras.* Θ^{M1} | ne Φ^{P} | repperit] Θ^{G*}; reperit Φ^{RAZG}Θ^{MG2}Ω^{M} agrelbgc; habuit Θ^{H} | sed *om.* Σ^{O*} | hid Σ^{T}; *om.* Ψ^{D} | aedere T; edęre Π^{C}; hedere Σ^{T} | congregarunt ΠΣ^{TO}BAΦΘ^{H*AMG}Ψ^{M}Ω^{SJ} m.

19. dixit quoque M* | moses ad eos *om.* Λ^{H} | moyses GΛ^{L}ΠΣ^{T}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moises XΣ^{OM} | relinquit Φ^{Z*} | ex eo usque in mane CΣ^{O}; ex eo usque mane Π.

20. quidem B | ∾ ex eis quidam X Ψ^{M} | * usque Σ^{T2} (u *in ras.*) | usque] in Π | scatere] Π^{D2} *int. lin. superscribit* ebullire; scaterae Φ^{P} | ∾ uermibus cepit Ω^{M} | adque CΛ^{L}X; et T | moyses GΛΠΣ^{T}B TMΦΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moises XΣ^{OM} | ∾ moises contra eos X.

---

§ quibus CO; ⟨quibus GAT | ⟨iste GCAT | 16. ⟨hic GCAT | ⟨colligat GCAT | ⟨gomor GCA | ⟨iuxta CA | ⟨sic G | 17. § feceruntque CO; ⟨feceruntque GAT | ⟨et collegerunt A | ⟨alius plus C | ⟨alius minus G | 18. ⟨et mensi sunt GCA | ⟨nec qui plus GCAT | ⟨nec qui minus GCAT | ⟨sed CAT | 19. § dixitque CA; ⟨dixitque GT | ⟨nullus GC AT | 20. § qui C; ⟨qui GA | ⟨sed GA | ⟨et scatere GCA | ⟨et iratus est GCAT.

21 colligebant autem mane singuli
quantum sufficere poterat ad
vescendum
cumque incaluisset sol liquefiebat
22 in die vero sexta collegerunt ci-
bos duplices
id est duo gomor per singulos
homines
venerunt autem omnes principes
multitudinis
et narraverunt Mosi
23 qui ait eis hoc est quod locutus
est Dominus
requies sabbati sanctificata erit
Domino
cras quodcumque operandum est
facite
et quae coquenda sunt coquite
quicquid autem reliquum fuerit
reponite usque in mane
24 feceruntque ita ut praeceperat
Moses
et non conputruit neque vermis
inventus est in eo
25 dixitque Moses
comedite illud hodie quia sabba-
tum est Domino
non invenietur hodie in agro
26 sex diebus colligite
in die autem septimo sabbatum
est Domino
idcirco non invenietur

21. colligebant G; collegebant A | 22. collegerunt A; colligerunt G | 23. usque in mane CΠ^{C}A; usque mane GΛ | 26. domino G; domini A.

Deest O (*ant. vers.*).

21. collegebant XAΦ^{P}P* | liquifiebat M*; liquefiebant C; liquęfigebat Λ^{L}.

22. uero] autem Ψ^{F}𝔞𝔯𝔢𝔩𝔤𝔠 | colligerunt G*Λ^{L}BM*Φ^{RAZGV}Θ^{HM*}; colligebant Σ^{T} | collegerunt + singuli C | ciuos G | duplices id est *om.* P* | duples T* | autem *om.* Σ^{T} | omnes] homines Φ^{P*}Θ^{A} | principes] G^{2} (e *corr.*) | moysi GΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM}PΨ^{BDF}Ω𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔤𝔠; moisi XΣ^{M}; moyse Ψ^{M}.

23. eis *om.* Ω^{M} | sabbatorum Ω^{J*} | sanctificata erit] X^{2} (ta erit *in ras.*) Π^{D*}; sanctificata est Λ^{L}Π^{D2}BTΦΘ^{H}P*Ψ^{M}Ω^{JM}𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔤𝔠; sanctificata sit C; sanctificata (erit *om.*) Ω^{S} | erit + in Π^{C} | ∼ est operandum X | que CΛ^{H}XΠ^{D}ΣΘ^{H}Ψ^{M}Ω^{SJ}𝔞; *om.* Φ^{Z†} | sunt] est Σ^{T} | autem *bis rep.* Σ^{T} | ∼ fuerit reliquum Λ^{H} | reponete P*; roponite Λ^{L*}; ponite Φ^{P} | in *om.* GΛΠ^{D2}Θ^{H}P*Ψ^{FM}Ω^{M}. *Cf. v. 20 et 23, 18.*

24. feceruntque ita] fecerunt itaque Ψ^{B}; fecerunt ita (que *om.*) B; feceruntque (ita *om.*) Λ^{H} | praeciperat Φ^{Z*}Θ^{G*}; praecepit P* | moyses GΛΠΣ^{T}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔤𝔠; moises XΣ^{OM} | et non — 25. moses *om.* Ψ^{M} *per homoeoteleuton* | putruit G* | in eo *om.* P*.

25. moyses GΛΠΣ^{T}BTMΦΘ^{HAM}PΨ^{BDF}Ω𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔤𝔠; moises XΣ^{OM} | comedete G; commedite Ψ^{M} | ∼ hodie illud P | qua Σ^{T} | domino] Λ^{L*}Π^{D*}Σ^{O*}P*; domini Λ^{L2}Π^{D2}Σ^{O2M}BTMΦΘP^{2}ΨΩ^{SJ}𝔤𝔢𝔩𝔤𝔠 | ∼ domini est Ψ^{D} | domini + idcirco Θ^{A*}Ψ^{B*F} | est + idcirco Ψ^{D} | non *om.* G† | inueniebatur A* | hodie *om.* Ψ^{F*} | agro • Θ^{AM}.

26. collegite T*Θ^{M*}P* | domino] Π^{D*}Σ^{O*}; domini ΛXΠ^{D2}Σ^{O2}BATMΦΘ^{HAM}PΨΩ𝔤𝔢𝔩𝔤𝔠; domini dei C; *om.* Θ^{G2} *et in marg.* h(ebr.) 𝔯 *cum hebr. et LXX* | inuenitur Λ^{L*}Σ^{T}.

21. § colligebant C; ⟨colligebant GAT | ⟨cumque GCAT | 22. ⟨in die GCAT | ⟨id est GAT | § venerunt C; ⟨venerunt GAT | ⟨et narraverunt GCA | 23. ¶ qui ait XXXV. G; ⟨qui ait CAT | ¶ hoc est XXXIIII. B; XXXV. X; ⟨hoc est CT | ⟨requies GCA | ⟨cras GCAT | ⟨et quae GA | ⟨quicquid GCAT | 24. § feceruntque C; ⟨feceruntque GAT | ⟨et non GCA | ⟨neque G | 25. § dixitque C; ⟨dixitque GAT | ⟨comedite GCAT | ⟨quia C | ⟨non invenietur GCA | 26. ⟨sex GCAT | ⟨in die CAT | ⟨idcirco GCA.

27 venit septima dies
et egressi de populo ut colligerent non invenerunt
28 dixit autem Dominus ad Mosen
usquequo non vultis custodire mandata mea et legem meam
29 videte quod Dominus dederit vobis sabbatum
et propter hoc tribuerit vobis die sexto cibos duplices
maneat unusquisque apud semetipsum
nullus egrediatur de loco suo die septimo
30 et sabbatizavit populus die septimo
31 appellavitque domus Israhel nomen eius man
quod erat quasi semen coriandri album
gustusque eius quasi similae cum melle
32 dixit autem Moses
iste est sermo quem praecepit Dominus
imple gomor ex eo et custodiatur in futuras † vestras † generationes
ut noverint panem quo alui vos in solitudine

---

32. uestras] retro GA *et ceteri omnes; errorem archetypi correximus iuxta loca parallela* | quo A; quod G.

Deest O (*ant. vers.*).

27. uenit] G*; uenitque Ω^{M}𝔞𝔯𝔢𝔩𝔷𝔠; uenit autem G^{2} | ∾ dies VII Ω^{M} | egressi + sunt Ψ^{F2} *cum hebr. et LXX* | colligerent + et CMΦ^{RA2G}Ψ^{B*F2}Ω^{M} *cum iisdem.*

28. moysen GΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠; moisen XΣ^{M} | custodire] seruare Σ^{TO}. ¶ s̄ seruare Θ^{M}.

29. et dixit moyses *add. ante* uidete Π | dedit X | uobis *om.* C* | tribuit 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔷𝔠; dederit Ψ^{B} | dies Ψ^{M} | ∾ sexto die Σ^{O} | sexta 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠 | ∾ die sexta tribuit uobis 𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠 | ∾ tribuerit uobis cibos duplices die sexto Σ^{M}B | aput GCXΠ^{C}Σ^{T*M}BA; ad Θ^{H} | semedipsum CΣ^{T}; se Σ^{M} | ∾ aput se unusquisque Σ^{M} | semetipsum + et 𝔞𝔢.

30. et — die septimo *om.* X *per homoeoteleuton* | sabbathizauit 𝔯𝔩𝔳; sabbatizabit GΛ^{H}Π^{D}Σ^{M}BMΦ^{AZGV}Θ^{AMG}Ψ^{M}𝔞𝔤; sabatizabit T; sabbathizabit 𝔢; sapatizabit C | populos P* | septima Σ^{O}.

31. appellabitque XB | domus] d̄ns C; populus Σ^{T}; *om.* Σ^{O*} | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl GΛ^{H}Σ^{O2}TMΦ^{RZGV}PΨΩ𝔞; ihl Π; srahel C; srhl XB; srl Λ^{L}; *om.* Σ^{TO*} | mahan X; *om.* Ψ^{B*} | eo quod Ψ^{DM} | corriandi Ψ^{B*}; coliandri Ψ^{D}; colliandri Ψ^{M} | aluum A | gustuque Φ^{G*}; gustumque Σ^{T} | quasimilae Φ^{Z*} | simile CΛ^{H}XΠΣ^{TM}BΦ^{P}ΨΩ^{JM}𝔞; similem P* (?) | cum *om.* P* | mellae Θ^{H}; mille Φ^{R*}.

32. autem*** Σ^{T} | moyses GΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠; moises XΣ^{M} | est *om.* Ψ^{M} | praecepit] Ω^{M*}; precipit Ω^{M2} | implete Λ^{H}X *cum LXX;* ut impleatur Π | in futuras] in futura Π^{C}; ex eo turas C*; ex foturas C^{2} | uestras] retro *codices et edit. omnes sed om.* P^{2} (*sub ras.*) Ψ^{B*}. ¶ [h. non] habet retro Θ^{G} | generationes] *in ras.* Φ^{A1}; regenerationes Φ^{Z}; mansiones T | ut] et Ψ^{M*} | nouerint] Θ^{M2} (i *in ras.*);

---

27. § venit C; ⟨venit GAT | ⟨et egressi GCA | 28. § dixit C; ⟨dixit GAT | ⟨usquequo CAT | 29. ⟨videte GCAT | ⟨et propter GCA | ⟨maneat GCAT | ⟨nullus CA | 30. ⟨et sabbatizavit GAT | 31. § appellavitque C; ⟨appellavitque AT | ⟨quod GCA | ⟨album G | ⟨gustusque CA | 32. ¶ dixit XXXV. B; XXXVI. X; § dixit C; ⟨dixit GAT | ⟨iste CAT | ⟨imple GCAT | ⟨et custodiatur G | ⟨ut noverint GCA.

quando educti estis de terra Aegypti
33 dixitque Moses ad Aaron
sume vas unum et mitte ibi man
quantum potest capere gomor
et repone coram Domino ad servandum in generationes vestras
34 sicut praecepit Dominus Mosi
posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum
35 filii autem Israhel comederunt
man quadraginta annis donec venirent in terram habitabilem
hoc cibo aliti sunt usquequo tangerent fines terrae Chanaan
36 gomor autem decima pars est ephae.

XVII. 1 Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israhel de deserto Sin
per mansiones suas iuxta sermonem Domini
castrametata est in Raphidim

---

36. oephae A.

Desunt G (*a v.* 34, aaron) O (*ant. vers.*).

noberint X; nouerit C | panes Ω^{M} | quod GΠ^{C}Σ^{T*}M*P*; quibus Ω^{M} | alui] M*; aluit M^{2}; haluit C; aliud Ψ^{M} | in solitudinem XΣ^{TM}Ψ^{B*} | educti * T; ducti M* | egypti CXΠ^{D}Ψ^{M}Ω^{SJ}; aegipti Σ^{TO}; egipti Λ^{H}Σ^{M}Ψ^{B}Ω^{M}𝔞.

33. dixit quoque Π | moyses GΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; moises XΣ^{M} | aharon C | sumes Θ^{AM*} | manna Λ^{H}; mannam X | ∾ man ibi Ω^{M} | poterit Ω^{M} | ∾ capere potest Σ^{M} | repones Ω^{M} | in generationibus uestris X | generationes] Φ^{A2} (es *in ras.*).

34. sicut pr. dominus] *in ras.* Ψ^{B2} | sicuti C | moysi GΛXΠΣ^{TO}BTMΦ^{R2AZGVP}Θ^{HAM}PΨΩ𝔞𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; moisi Σ^{M}; moyses Φ^{R*} | aharon C | in tabernaculum A | tabernaculo + ad Σ^{O} *cum hebr. et LXX; Aug. quaest. in exod. 61* | seruandum Ψ^{F}.

35. fili Θ^{M*} | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl Λ^{H}Σ^{O}TMΦ^{RG}PΨΩ; irl Φ^{Z}; ihl Π; srahel C; srhl XΣ^{T}B; srl Λ^{L} | isrl + postquam Ψ^{B*D} | comederunt] manducauerunt Ω^{M} | man] Ψ^{D*}; manna Λ^{H}XBTΦ^{A*}Θ^{M*G}PΨ^{D2FM}Ω^{S}; manna ** Θ^{A} | terram ** Φ^{A} | cibum X | ali*ti Ψ^{B} | canaan X; canahan Σ^{T}; chanan Λ^{L}.

36. est *om.* Ψ^{D} | ephae = T*Φ^{RA*ZGV}Θ^{HA*MG*}; epha Θ^{G2} *et in marg.* h(ebr.); ephi Λ^{H}ΠBT^{2}M^{2}Φ^{A2}P^{2} (i *in ras.*) Ω𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; efi Σ^{O}; oephae Λ^{L}AΦ^{P}Ψ^{D}; hoephae C; oephi M*Θ^{A2}; oefi Σ^{TM}; aephi Ψ^{B2} (*in ras.*)^{F}; aephy X^{2} (y *in ras.*); ephie Ψ^{M}.

XVII. 1. omnes P*; *om.* Ω^{M} | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2}𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl Λ^{H}Σ^{O}TMΦ^{RAZGV}PΨΩ𝔞; ihl Π; srahel C; srhl XΣ^{T}B; srl Λ^{L} | de desertum Π^{C} | syn CXΩ^{SM}𝔞 | sermonem] uerbum Σ^{T} *cum Ps. - Ambr. de 42 mans. 10* | castrametatus est (?) Σ^{T2} (us *in ras.*); castrametati sunt Σ^{M}BMΦ^{RA2} (i sunt *in ras.*)^{ZGVP}ΘΨ^{BM}Ω^{SJ}𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠 *cum hebr., LXX et Ps. - Ambr. loc. cit.* ¶ Hebr. antiqui « castrametati sunt » uel « castrametata est » *Iac.* | raphydim Ω^{S}; raphi*dim Θ^{M2}

⟨quando GCA | 33. ¶ dixitque XXXVI. G; § dixitque C; ⟨dixitque AT | ⟨sume GCAT | ⟨et mitte G | ⟨quantum G | ⟨et repone GCA | ⟨ad servandum G | 34. ⟨sicut GCA | § posuitque C; ⟨posuitque GAT | 35. ¶ filii XXII. Λ^{L}; XXIII. Λ^{H}; XXVIIII. TMΦP^{2}Ω^{M}; XL. Π^{D}; *Div. sine num.* Ψ^{BDM}; § filii C; ⟨filii AT | ⟨hoc CAT | 36. ⟨gomor CAT.

XVII. 1. ¶ igitur X. C^{2}Σ$^{TO(M)}$AΘ^{H2A2M2G2}; XVII. Ω^{J}𝔞𝔤; LVII (*sic*) Ω^{S}; 17. Ω^{M2} (*marg.*); XXIII. Λ^{L}; XXIIII. Λ^{H}; XXX. TMΦP^{2}Ω^{M}; XXXVI. B; XLI. Π^{D}; *Div. sine num.* Ψ^{BFM}; § igitur C | ⟨per mansiones A | ⟨castrametati sunt CAT.

ubi non erat aqua ad bibendum populo
2 qui iurgatus contra Mosen ait
da nobis aquam ut bibamus
quibus respondit Moses
quid iurgamini contra me cur temptatis Dominum
3 sitivit ergo populus ibi pro aquae penuria
et murmuravit contra Mosen dicens
cur nos exire fecisti de Aegypto
ut occideres et nos et liberos nostros ac iumenta siti
4 clamavit autem Moses ad Dominum dicens
quid faciam populo huic
adhuc pauxillum et lapidabunt me
5 ait Dominus ad Mosen
antecede populum et sume tecum de senioribus Israhel
et virgam qua percussisti fluvium tolle in manu tua et vade

XVII. 3. occideres et nos ΛATM; occideres nos CΠ | 4. lapidabunt CA; lapida(b)it ΛΠTM | 5. senioribus ΛΠTM; senibus CXΣA.

Desunt GO (*ant. vers.*).

(*pr.* i *in ras.*); rafidim Σ; raphidin Ω^{M}; rafidin XΠ | biuendum Λ^{L}; uibendum C; uidendum Σ^{T*} | populum Φ^{A*}.

2. iurg*atus Λ^{L}; iurgatus *** Φ^{P} | moysen ΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moisen XΣ^{M} | aquas ad bibendum Ω^{M} *cf. vers. praec.* | uibamus CΛ^{L} | qui respondit B | quibus + iratus Ω^{S} | respondit] ait Ω^{M} | moyses ΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moises XΣ^{M} | ∿ moyses ait Ω^{M} | iurg*amini Λ^{L} | me + et Π^{D2}BTMΦP^{2}Ψ | temptastis Σ^{O}Ψ^{B} | dominum] deum C.

3. sitibit Π^{C}Σ^{T} | ∿ ibi populus Σ^{M} ag relbgc | pro] prę l; prae gregc | aqua M*Ψ^{M*} | paenuria Π^{C}AΘ^{A}; pinuria Φ^{A*} | ∿ penuria aque Σ^{M} | mormorauit M*; murmurabit X | moysen ΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moisen XΣ^{M} | ∿ nos fecisti exire A; fecisti nos exire arelgc | de] ex Ψ^{M} | egypto CXΠ^{D}BΩ^{SJ}; ęgipto Π^{C}Σ^{OM}Ψ^{B}; egipto Λ^{H}Σ^{T}Ω^{M}a | occideres et nos = ΛBATMΦΘ^{AMG}P^{2}Ω^{M}gm; occideres nos CXΠΣΘ^{H}P*ΨΩ^{SJ} arelgc | n*os P | liberos] paruulos Σ; filios Ω^{M} | hac CX.

4. clamabit B | moyses ΛXΠΣ^{T}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moises Σ^{OM} | pauxillum] Ψ^{B*}; pausillum BΨ^{B2}; pusillum XMg; paululum Ω^{S} arelbgc | lapidabit me Φ^{A1} *in ras.* | lapidabunt = CΣ^{T}A; lapidabit Λ^{H}XΠ^{D}Σ^{OM}BTMΦΘ^{AMG}PΨΩ ag relbgc; lapidauit Λ^{L}Π^{C}Θ^{H}.

5. et ait arelbgc | ait + autem Ω^{J} | ad *om.* P* | moysen ΛΠΣ^{T}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moisen XΣ^{OM} | antecede] Θ^{G2} (an *in ras.*); antecedet Σ^{M*}; ante Ψ^{B*} | populum] pupulum r*; paululum TΦ^{RAZG}Θ^{H2}Ψ^{B2} *in ras.*; paululum populum Θ^{H*}. ¶ ā paululum Θ^{M} | senioribus = ΛΠΣ^{O2}BTMΦΘΨΩ agrelgc; senibus CXΣ^{TO*M}A Pm | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2} grelbgc; isrhl Σ^{M}; isrl Λ^{H}Σ^{O}TMΦ^{RZGV}PΨΩa; ihl Π; srhl XΣ^{T}B; srl Λ^{L}; populi C | uirga Φ^{ZG} | quam CΠ^{C}B*T*Φ^{A*V*P*}P*Ψ^{B*} | percussiti Σ^{M*} | percussisti *** Ψ^{B} | fluuium] Ψ^{B2} (um *in ras.*); filuuium Σ^{T2}; filubium Σ^{T*}; mare A *cum paucis codd. gr.* | in *om.* XP* | et uade *om.* Λ^{L*} | uide Φ^{Z*}.

<ubi A | 2. <qui AT | <da nobis CAT | <quibus CAT | <quid CAT | <cur C | 3. § sitivit C; <sitivit AT | <et murmuravit CA | <cur CAT | <ut occideres A | 4. § clamavit CA; <clamavit T | <quid CAT | <adhuc CT | 5. § ait C; <ait AT | ¶ antecede XXXVII. X; <antecede CAT | <et sume C | <et virgam AT.

6 en ego stabo coram te ibi super petram Horeb
percutiesque petram et exibit ex ea aqua ut bibat populus
fecit Moses ita coram senioribus Israhel
7 et vocavit nomen loci illius Temptatio
propter iurgium filiorum Israhel
et quia temptaverunt Dominum dicentes
est ne Dominus in nobis an non
8 venit autem Amalech et pugnabat contra Israhel in Raphidim
9 dixitque Moses ad Iosue
elige viros et egressus pugna contra Amalech
cras ego stabo in vertice collis
habens virgam Dei in manu mea
10 fecit Iosue ut locutus ei erat Moses
et pugnavit contra Amalech
Moses autem et Aaron et Hur

---

6. senioribus ΛΠTM; senibus CXΣA | 7. temptauerunt CΛΠTM; temptauerant AΘ | 9. in uertice ΛΠTM; in uerticem CXA.

Desunt GO (*ant. vers.*).

6. ∾ ibi coram te 𝔞𝔢𝔩𝔰𝔠 | supra Φ^{RA2} (*in ras.*) ^{ZGVP}Ψ^{BDM}Ω^{SJ} 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠 | horeb = A^{2}TMΦ^{RZGVP}Θ^{AMG}P*Ψ^{F}Ω^{J} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠; ho*reb Φ^{A}; horeph CΠ^{C}; oreb ΛΠ^{D}ΣΘ^{H} Ψ^{BDM}Ω^{SM} 𝔞; orebh X; oreph B; choreb A*P^{2} | percutesque P*; percutiensque Λ^{H*} | exibi Φ^{A†}; exiuit CΛ^{L}Π^{C}Σ^{TM*}BA Ψ^{M} | ex *om.* Λ^{L} | uibat Λ^{L} | populus + tuus B | fecit — senibus israhel] *haec verba a* C *inter* filiorum israhel (*v.* 7) *et* et quia *inseruntur* | fecit] Ψ^{B*}; fecitque Ψ^{B2DM} | moyses ΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM} PΨΩ 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠; moises XΣ^{M} | ita *om.* Σ^{O*} Ψ^{F*} | ∾ ita moyses 𝔞 | senioribus isrl] *in ras.* Φ^{A2} | senibus (C)XΣ^{TO*M}AΘ^{H}P 𝔴 | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl Λ^{H}Σ^{O}MΦ^{RAZGV}PΨΩ 𝔞; ihl Π; srahel (C); srhl Λ^{L}XΣ^{T}B.

7. ∾ illius loci Φ^{RZGVP}Θ^{AMG}Ω^{SJ} | temptatio = CΛ^{L2H}ΠΣATMΦΘPΨΩ 𝔞; temtatio Λ^{L*}XB; tentatio 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠 | temptatio + et lis *et in marg.* h(ebr.) Θ^{G2} *cum hebr.* | israhel] Θ^{G*}; israel Θ^{G2} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl Λ^{H}Σ^{O}TMΦ^{RZG}PΨΩ 𝔞; ihl Π; srahel C; srhl Λ^{L}XΣ^{T}B | srahel + fecit — senibus srahel C (*ex versu prec.*) | et *om.* Π^{C} | temptauerunt = CΛΠΣ^{OM}TM ΦPΨ^{BDF2M}Ω 𝔞; temtauerunt Σ^{T}; temtaberunt XB; temptauerant AΘ; tentauerant 𝔴; tempteuerunt Ψ^{F*}; tentauerunt 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠 | dominum] deum Ω^{J} | dominus] deus ΣB Ω^{S} 𝔞.

8. amalech = CΛXΠΣ^{TO}BATMΦΘP ΨΩ; amalec Σ^{M} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠; amelech 𝔞 | pugnabit XΦ^{P*}P*; pugnauit Σ^{T}BP^{2}Ω^{M} | contra + filios Ω^{S} 𝔞𝔢 | israhel] Θ^{G*}; israel Φ^{V} Θ^{G2}Ω^{J} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠; isrhl Σ^{M}; isrl Λ^{H}Σ^{O}MΦ^{RZG} PΨΩ^{SM}; ihl Π; srhl CXΣ^{T}B; srl Λ^{L} | raphydim Ψ^{M}Ω^{S}; raphidiim M*; raphidin Ω^{M}; rafidim Σ; rafidin XΠ^{D}.

9. moyses ΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠; moises XΣ^{M} | iosuae CΠ^{C}Θ^{H}Ψ^{BDF} | elege P* | amalec Σ^{M} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔰𝔠; amelech 𝔞 | amalech + et Θ^{G2} | cra Θ^{H*} | cras + et Λ^{H}Σ^{O}PΩ; + en Σ^{M}Θ^{HAM*G*} | ego + hic Σ^{O} | in uerticem CXAΨ^{M} | colles P* | uirga B.

10. fecit + ergo Φ^{Z} | iosuae CΘ^{H} Ψ^{BDF}; iusue Λ^{L} | ei *om.* Σ^{O*}BΦ^{RA2ZGVP}Ω 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠 | erat] est B; fuerat XΠΣ | ∾ erat

---

6. ⟨en ego CAT | ⟨percutiesque CAT | ⟨fecit CAT | 7. § et vocavit C; ⟨et vocavit AT | ⟨propter CA | ⟨et quia CAT | ⟨est ne CAT | 8. ¶ venit XXIIII. Λ^{L}; XXV. Λ^{H}; XXXI. TMΦP^{2}Ω^{M}; XXXVII. B; XXXVIII. X; XLII. Π^{D}; *Div. sine num.* Ψ; § venit CA (*marg.*) | 9. § dixitque C; ⟨dixitque AT | ⟨elige CAT | ⟨cras CA | ⟨habens A | 10. § fecit C; ⟨fecit AT | ⟨et pugnavit A | § moses autem CO; ⟨moses autem AT.

ascenderunt super verticem
collis
11 cumque levaret Moses manus vincebat Israhel
sin autem paululum remisisset superabat Amalech
12 manus autem Mosi erant graves
sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum in quo sedit
Aaron autem et Hur sustentabant manus eius ex utraque parte
et factum est ut manus ipsius non lassarentur usque ad occasum solis
13 fugavitque Iosue Amalech et populum eius in ore gladii
14 dixit autem Dominus ad Mosen
scribe hoc ob monumentum in libro
et trade auribus Iosue
delebo enim memoriam Amalech sub caelo
15 aedificavitque Moses altare
et vocavit nomen eius Dominus exaltatio mea dicens

---

14. trade auribus G*O; trade in auribus G^{c}A.

Desunt G (*usque ad v.* 12, igitur) O (*ant. vers. usque ad v.* 11).

ei P | moyses ΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{AM}PΨΩ arelbgc; moises XΣ^{M} | contra] coram Λ^{H} | amalec Σ^{M} grelbgc; amelech a | moyses ΛΠΣ^{TO}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moises XΣ^{M} | aharon C | ur ΣB | colles P*.

11. cum (que *om.*) Ψ^{M}* | leuasset Σ^{O}B*; eleuaret Φ^{G}* | moyses ΛΠΣ^{TO}TMΦOΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moises XΣ^{M}; moysi B^{2} (ys *in ras.*) | manum ΠΨ^{M} | ∼ manu(s) moyses ΠΣ^{O} | uincebat isr(ahe)l] *in ras.* Θ^{M2} | uincebat (ebat *in ras.*) Π^{C2} | israhel] Θ^{G}*; israel Θ^{G2} grelbgc; isrhl Σ^{M}; isrł Λ^{H}Σ^{O}TMΦ^{RZGV}Θ^{M2}PΨΩ; ihl Π; srahel C; srhl XΣ^{T}B; srl Λ^{L} | si autem Ω^{M} | remisset Σ^{O}; remansisset a | amalec Σ^{M} grelbgc; amelech a.

12. moysi ΛΠΣ^{T}BTMΦΘ^{HAM}PΨΩ arelbgc; moisi XΣ^{M}; moisy Σ^{O}; moyses O | subter] Φ^{P2} (ter *in ras.*); supter T; super Σ^{T}*BΩ^{M}* | eo P* | in quo — manus eius *om.* X | aron Σ^{T}; aharon C | ur Σ^{T*OM} B | sustentabat Φ^{V}*; sustinebant CΠA w; sustabant Λ^{H}* | ex *om.* Λ^{H} | factum (est *om.*) Ψ^{M} | * ut P | illius ΠΣ^{TO}TΨ^{B} elgc; eius Ω^{M} | lasarentur O.

